bras.v.medicinæ hoc tantum.

De panace:& ſpondylio:& malobathro. Cap.xxvii.

PAnacē & uiguentis eadē gignit naſcentē & in ipſo fine arcadiæ circaq; erimāthi fontes:& in africa & ĩ macedonia ferula ſui generis qnq; cubitoꝝ:foliis primo quaternis:mox ſenis ĩ terrá iacētibus:ápla magnitudine rotūdis:in cacumē uero oleagineis:ſemine ĩ muſcariis dependēte ut ferulæ.Excipiť ſuccus ĩciſo caule meſſibus:radice ĩ autūno. Laudatur cādor eius coacti Sequēs pallido ſtatera.Niger color ĩprobatur.Preciū optimo ĩ libras bini aſſes.Ab hac ferula differt quæ uocať ſpondylion:foliis tantū qa ſunt minora:& platani diuiſura.Nō niſi in opacis gignitur.Semen eodē noīe ſili ſpeciē habet:medicinæ tantū utile.Dat & malobathron ſyrie arborē folio cōuolutō.arido colore:ex quo exprimiť oleū ad unguenta.Fertiliorē eiuſdē ægypto:laudatius ex india uenit.In paludibus ibi gigni tradūt lentis modo:odoratius croco:nigricans:ſcabrūq; quodā ſalis guſtu.Minus probať candidū.Celerrime ſitum in uetuſtate ſentit.Sapor eius nardo ſimilis eſſe debet ſub lingua.Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios.In precio quidē ꝑdigio ſimile eſt a ſingulis ad.ccc.peruenire libras.Oleum autem ſibi in libras.lx. — Phineoſ uel pſophide

De oleo omphacio. Cap. xxviii.

OLeum & omphaciū ē.Fit duobus generibus & totidē modis ex olea & uite.Olea adhuc alba expreſſa:deterius ex druppa.Ita.n.uocať prius q̄ cibo matura ſit:iam tū colorē mutans differentia ꝙ hoc uiride eſt:illud cādidū.E uite fit pſytia aut aminea:cū ſint acini ciceris magnitudine ante canis ortū.In prima lanugine demetiť uua eiuſq; melligo.Reliquū corpus ſole coquiť.Nocturni rores cauentur.In fictili condita melligo colligiť:ſubinde cyprio ære ſeruatur.Optia quæ ruffa:acriorq;:& aridior.Preciū omphacio in libras ſex.Fit & alio modo cum in mortariis uua immatura teritur.Siccataq; in ſole poſtea digeritur in paſtillos.

De bryo:& oenanthe:& de elate arbore:& cynamo caryopo. Cap. xxix.

EOdem & bryon pertinet uua populi albæ.Optia circa gnidū aut cariá in ſiciētibus aūt ſiccis aſperiſq; ſecunda in lycia cedro.Eodē & oenāthe ptinet.Eſt āt uitis labruſcæ uua. Colligitur cū flore cū optime olet.Siccať in umbra ſubſtrato lintheo.atq; ĩ cados condiť. Præcipua ex parapotamia:ſecūda ab antiochia:atq; laodicea ſyria:tertia ex montibus medicis. Hæc utilior medicinæ.Quidā oībus is præferūt eá:quæ ĩ cypro inſula naſciť.Nāq; ĩ africa fit ad medicos tantū ptinet:uocaturq; maſaris.Oīs aūt ex alba labruſca ꝑſtantior q̄ e nigra.Eſt ꝑterea arbor ad eadem unguēta ptinens:quá alii elaten uocāt:qđ nos albietē:alii palmá:alii ſpathen.Laudať hāmoniaca maxime mox ægyptia.Dein ſyriaca dūtaxat in locis ſicientibus odorata:pingui lachryma:q̄ in unguēta addiť ad domandū oleū.In ſyria gigniť & cynamū:qđ caryopon appellant.Hic eſt ſuccus nuci expreſſus:multū a ſurculo ueri cynami differēs:uicina tamē gratia.Preciū in libras aſſes quadraginta. — Ab.etem palmam

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XIII.

PROOEMIVM.

De Peregrinis arboribus.

HActenus in odoribus habent prætia ſiluæ erātq; per ſe mira ſingula:iuitq; luxuria:ea oīa miſcere:& e cunctis unū odorem facere.Ita repta ſunt unguēta.

De unguētis & qń primū ſunt cognita nobis & de cōpoſitiōe. Cap.i.

QVis primus inuenerit nō trahiť.Iliacis tēporibus nō erant nec thura ſupplicabať.Cædri tantū & citri ſuoꝝ fructicū in ſacris fumo cōuolutū nidorē uerius q̄ odorē nouerant:iá roſæ ſucco reperto.Nominať.n.id quoq; in olei laude.Perſaꝝ eſſe debet gentis unguentū.Sed & bathilli madēt eo & acceſita cōmendatione ingluuie natū uirus extinguūt.Primū quod equidē inueniā.Caſtris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexāder cœpit ſcriniū unguentoꝝ poſtea uoluptas eius a noſtris quoq; inter laudiſſima atq; etiā honeſtiſſima uitæ bona admiſſa eſt.Honoſq; iis & ad defunctos ptinere cœpit.Quapropter plura de eo dicemus q̄ quæ etiā ii nouerūt.Fruticū ad preſens nominibus tantum indicabunť.Natura uero eoꝝ ſuis reddetur locis.Vnguentis cognomina dedere aliis patriæ:aliis ſucci:aliis arbores:aliis cauſæ.Primūq; id ſcire conuenit mutata auctoritate ad peius tranſiſſe gloriam. Laudatiſſimum fuit antiquitus in delo inſula:poſtea mendeſiū.Nec mixtura tantum compoſitiōe hoc accidit:ſed iidē ſucci uarie alibi ad quælibet præualuere:aut denegauere.Iriū corinthi diu maxime placuit:poſtea cyzici:ſimili modo rhodinū phaſeli.Quam gloriam abſtulere Neapolis: Capua : preneſte. Corcinū in ſolis ciliciæ diu maxime laudatum:mox rhodi.Oenanthium in cypro:deinde in ægypto præpoſitum:poſtea adramiteo.Amaracinū in eo.Poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. Cyprinum in cypro.Deinde in ægypto ubi mendeſium & methopium gratius factum eſt.Mox hoc abſtulit — Illi uel parthi